Universitätsbibliothek Paderborn

# Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord. S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium, Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Monasteria exempta Regni Galliae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

## *Monaſteria exempta Regni Galliæ.*

SVnt in Gallia ordinis S. Benedicti cœnobia quamplurima exempta ab omni iuriſdictone Epiſcopali, atque à Romana ſede immediatè dependentia: quæ ſeſe in piam ſocietatem ſeu congregationem redegerunt, iuxta decretum Conſilij Lateranenſis anno 1215. ſub Innocentio III. celebrati. Quæ quidem Congregatio condidit Statua regularis diſciplinæ in Turonenſi, Senonenſi ac Bituricenſi prouincijs: vt tradit Choppinus lib. 2. Eccleſiaſticæ Politiæ &, lib. 2. Monaſticωn tit. 3. §. 13.

Inter monaſteria exempta ſunt iſta:

S. *Gildaſij*, monaſterium, in diœceſi Venetica apud Britones.

*Riuenſe* monaſterium ibidem.

S. *Saluatoris* de Carnuſio, apud Pictones.

S. *Ioannis* Angeliaci in D. Santonenſi.

S. *Seueri* in Vaſtonia, & D. Adurenſi Monaſterium *de Sorde*, in D. Aquenſi.

*Blauimontis*, in D. Vaſatenſi.

*B. Mariæ de Carignotes*, in D. Adurenſi.

S. *Martini Athanatenſis*, apud Lugdunum Gallicè *d'Aiſnay à Lyon*.

S. *Andreæ* monaſterium Viennenſe, Monaſterium S. *Mariæ & S. Marcellini de la Chaume*, à Rothono Britanniæ Abbatiâ dependens.

S. *Trinitatis* Vindocinenſis Abbatia exempta per Honorium. III.

*Maius Monaſterium*, haud procul ab vrbe Turonenſi, *Maire mouſtierlez Tours*. per Eugenium III.

*Rothonenſis* Abbatia, *de Rhedon*, in Britannia minore per Nicolaum V.

S. *Benedicti Floriacenſis*, Gallicè S. *Benoit le Fleury ſur Soire*, per Alexand. III. & Clementen IV.

Burgidolẽſis Abbatia, de *Bourg dieu en Berry* per Innocentum IV.

S. *Crucis* Abbatia Burdigalenſis.

*Caſa Dei*, in Aruernia, ſuæ Congregationis caput.

S. *Germani de Pratis*, in ſuburbio Pariſienſi.

Sunt & nonnullæ abbatiæ Virginum Benedictinarum Exemptæ in regno Galliæ, vt Abbatia *Noſtræ Dominæ Sueßionenſis*, fundata per Droſium Epiſcopum Sueſſionenſem & munificè dotata per Carolum Magnum: & aliæ.

{:o:}